Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



moysi discipuli sumus. Nos scimus quia mo
ysi locutus est deus; hunc autem nescimꝰ unde
sit. Respondit ille homo et dixit eis. In hoc enim
mirabile est; quia uos nescitis unde sit et ape
ruit oculos meos. Scimus autem quia peccatores
deus non audit; sed si quis dei cultor est et uolun
tatem eius facit hunc exaudit. A seculo non est
auditum; quia quis aperuit oculos ceci nati. Nisi
esset hic a deo: non poterat facere quicquam. Respon
derunt et dixerunt ei. In peccatis natus es totus; et tu nos
doces. Et eiecerunt eum foras. Audiuit iesus
quia eiecerunt eum foras; et cum inuenisset eum
dixit ei. Tu credis in filium dei. Respondit ille et dixit.
Quis est domine ut credam in eum. Et dixit ei
ihs. Et uidisti eum; et qui loquitur tecum. ipse est.
At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum.
In diebus illis. Venit mulier su[nam]. R̄. v̄. l̄. regum.
namitis ad helyseum; in montem carmeli. Cumq;
uidisset eam uir dei de contra; ait ad puerum
suum. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occur
sum eius; et dic ei. Recte ne agitur circa te et cir
ca uirum tuum; et circa filium tuum. Que re
spondit. Recte. Cumq; uenisset ad uirum dei in
montem; apprehendit pedes eius. Et accessit gezi;
ut amoueret eam. Et ait homo dei. Dimitte eam;
anima enim eius in amaritudine est. et dñs